

tia Ducem nomine suo & Ducatus Venetiarum, & Primicerium & Capellanos Ecclesie S. Marci ex altera, nomine & occasione electionis & confirmationis Custodum Ecclesie prædictæ diutius fuisset materia quæstionis exorta, propter quam quæstionem ipsa Ecclesia vacabat duobus Custodibus; tamen licet memoratus D. Dux per formam suæ Capitulationis & Promissionis satis magnum haberet in factis spectantibus ad Ecclesiam supradictam, tamen pro habendo Consilium super dicta quæstione, ipse D. Dux & nobiles viri D^s Philippus de Musto, Nicolaus Mauro, Philippus Belegno & Romanus Mauroceno clamati fuerunt Nobiles infra scriptos, & multis rationibus propositis ibidem congregatos, finaliter facta fuit quædam Scriptura, quæ videbatur fore satis conveniens & utilis pro terminatione iurium Ducatus Venetiarum, quæ habet in dicta Ecclesia S. Marci Capella dicti Ducatus, cujus scripturæ tenor talis est.

950) Quod Capellani faciant electionem talium Custodum nunc deficientium in Ecclesia S. Marci, & confirmatio eorum fiat per D. Ducem, cum conditione quod fiat de consensu dictorum Capellanorum publicum instrumentum, quod ex prædictis nullum impofterum fiat præjudicium iuribus aliquibus, vel jurisdictionibus Communis & Ducatus Venetiarum. De qua Scriptura ibidem pluries lecta memoratus D. Dux fuit contentus, & supradicti DD. quatuor Consilarii fuerunt contenti de dicta Scriptura.

951) *Enimvero per hæc tempora & amplius amplitudo hujus immunitatis, & magnificæ libertatis pacifice quieteque processit, ac processisset, nisi ini-*